

www.e-rara.ch

**... Pro consequendo gradu doctoris in utroque iure, Paulus Gunskius
Vratislaviensis Silesius repetiturus tit. C. de iur. emphyt. et C. potuit
ext. de locat**

Gunskius, Paul

Basileae, 1576

Universitätsbibliothek Basel

Shelf Mark: UBH EL I 4a:82

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-16124>

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

PRO CONSEQUENDO GRA-
DU DOCTORIS IN VTROQUE IVRE, PAVLVS GVNSKIVS
VRATISLAVIENSIS SILESIVS REPETITVRVS TIT. C. DE IVR. EMPHYT. ET C. PO-
tuit. Ext. de locat. ad sequentes positiones Maij die xvii. publicè respon-
debit, hora & loco consuetis.

POSITIO I.

VSITATIVM fuit olim, ut sub certa pensione
agri vel propter sterilitatem, vel alias ob causas
in perpetuum, vel ad tempus colendi meliorandiq;
elocarentur: ita ut quã diu pro his census annuus penderetur,
tam diu neq; ab ipsis qui conduxerunt, neq; ab ijs qui in locum
ipsorum successerunt, auferri eos liceret.

II.

Hic contractus cum partim Emptionis, partim etiam Lo-
cationis indueret naturam, dubitatum fuit à Veterib. ad quod
genus contractuum potissimum esset referendus.

III.

Sed à diuo Zenone hoc fuit decusum: Ut videlicet specia-
le sibi assumeret nomen, dicereturq; contractus Emphyteuti-
cus: Unde & Iuris ciuiliis esse censetur. Sunt tamen qui eum
Iurisgentium esse arbitrentur, quod & ego non improbo.

IIII.

Est autem vocabulum Emphyteusis à Greco *ἐμψυτίζω* im-
planto, infero. Inde *ἐμψυτίζω* implantatio: *ἐμψυτίζω* implan-
tationes & per Metaphoram meliorationes, quia per cul-
tum & sationem agri redduntur meliores.

V.

Hinc contractus ille Emphyteuticus nominatus, stricti lu-
ris in quo vtile dominium rei immobilis transfertur in Em-
phyteutã, à quo vel ab eius heredibus siue masculis siue fœ-
minis non potest auferri in perpetuum annua pensione & ca-
none persoluto.

VI.

Huius due sunt species, altera Ecclesiastica, que ad res Ec-
clesiæ pertinet, estq; ut plurimum temporalis: altera priuata
seu ciuiliis que fit in rebus priuatorum hoc modo concessis, per-
petuaq; censetur, quo ad scilicet generatio Emphyteute durat.

VII.

Hæc plerumq; in scriptis contrahitur: illa verò nõ nisi per
scripturam perfici potest: cum omnes alienationes Ecclesiasti-
cæ in scriptis fieri debeant.

VIII.

Constituitur autem vtraq; consensu partium inter se con-
trahentium ex legis dispositione in rebus immobilibus tantu:
ita ut dominium directum penes dominum remaneat: vtile
verò consequatur Emphyteuta.

IX.

In recognitionem tamen directi dominij, ut quotãnis cer-
tam pensionem Emphyteutarius soluat, necesse est.

X.

Hæc pensio in Emphyteusi priuata si non fuerit soluta in-
tra triennium: in Ecclesiastica verò Canone intra bienniu
non persoluto, cadit iure suo Emphyteuta: nisi celeri satisfa-
ctione postmodum sibi consulere studeat.

XI.

Alienatione etiam Emphyteusis per Venditionem facta
ignorante domino ius suum amittit Emphyteuta.

XII.

Requisito tamen domino, & à denũciatione duorũ mensũ
spacio ~~ante~~, meliorationes & ius suũ licet alienare potest.

XIII.

Donare verò, legare, oppignorare, in dotem vel donatio-
nem propter nuptias Emphyteutarium dare posse ius suum
etiam sine domini consensu crebrius obtinuit.

XIIII.

Contractu itaq; perfecto, omne commodum & incom-
modũ transit in Emphyteutã: ita tamen ut si totalis emerse-
rit clades domino ipsi, particularis verò Emphyteuta adscri-
batur.

XV.

Nisi aliter inter contrahentes cõuenerit. Tunc enim peri-
culũ ad eum qui illud in se recepit spectat, siue vniuersa res,
siue ex parte tantum perierit.

XVI.

Hinc actio vtrinq; oritur, Condictio ex lege diui scilicet
Zenonis quã etiam Emphyteutariã appellare licet, qua
petitur canon ab eo cui res in Emphyteusim data est, agiturq;
ad alia obseruanda de quibus actum est.

BASILEÆ RAVRACORVM

Excudebant Daniel & Leonardus Ostenij Fratres,
Anno salutis humanæ, 1576.

